Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et dicant Rex assuerus iussit ut regina vasthi intraret ad eum
et illa noluit atque hoc exemplo omnes principum coniuges persarum
atque medorum paruipendent imperia maritorum vnde regis iusta
est indignacio S i tibi placet rex egrediatur edictum a
facie tua et scribatur iuxta legem persarum atque medorum quam
preterire inlicitum est ut nequaquam ultra vasthi ingrediatur
ad regem sed regnum illius altera que melior est illa
accipiat Incipit hystoria Euangelical' antiphona
Ad aperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et
faciat pacem in diebus nostris Inuitatorium Adoremus dominum
Qui fecit nos ps̄ Venite exultemus Responsorium
Ad aperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis
et faciat pacem in diebus nostris Concedat nobis salutem et
redimat nos a malis ℣ Exaudiat dominus oraciones nostras
et reconcilietur nobis nec vos deserat in tempore malo Con
cedat Rm̄ Exaudiat dominus oraciones nostras et reconcilietur nobis
nec nos deserat in tempore malo Dominus deus noster ℣ Ad ape
riat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem
Dominus Rm̄ Tua est potencia tuum regnum domine tu es
super omnes gentes Da pacem domine in diebus nostris ℣ Creator
omnium terribilis et fortis iustus et misericors Da pacem Rm̄
Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes
ab eis Et fortitudo gencium dissipata est ℣ Erant enim exercitus
magnus valde et fortis et appropinquabat iudas et exercitus
eius ad prelium Et fortitudo Rm̄ Impetum inimicorum ne ti
mueritis memores estote quomodo salui facti sunt patres nostri Et
nunc clamemus in celum et miserebitur nostri deus noster ℣ Mementote
mirabilium eius que fecit pharaoni et exercitui eius in mari
rubro Et nunc Rm̄ In ympnis et confessionibus benedice
bant dominum Qui magna fecit in israel et victoriam dedit illi
dominus omnipotens ℣ Ornauerunt faciem templi coronis aureis et
dedicauerunt altare domino Qui magna Rm̄ Ornauerunt
faciem templi coronis aureis et dedicauerunt altare domino
Et facta est leticia magna in populo ℣ In hymnis et confessionibus
benedicebant dominum Et facta Rm̄ Dixit iudas symoni fra
tri suo elige tibi viros et vade libera fratres tuos in galilea
ego autem et ionathas frater meus in galaditim Sicut fuerat
voluntas in celo sic fiat ℣ Et nunc clamemus in celum et misere
bitur nostri deus noster Sicut fuerat Rm̄ Hic est fratrum
amator et populi israel hic est qui multum orat pro populo Et vniuersa